Sit omnibus notum quod ego Bernardo de canellis de Castilione Grane et cum consilio per me et meos vendo vobis sorori Brunissendi de Ballis priorisse Monasterii Sancte Mar-
garite de Bosco presenti et conventui ipsius Monasterii absenti et successoribus vestris in dicto Monasterio imperpetuum et notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine eiusdem Conventus pro libero et
franco alodio quandam Campum meum terre que est in vineo in plano de longuello Juxta Ecclesiam Sancte Marie Castilionis. et affrontat. a bor. in carraria. a midie in terra uxoris
Guillelmi de cisterna et in quadro Bernardi Jouy. a bor. in carraria. a circio in [illegible] dicti Bernardi Jouy. Item totam illam rippam meam cum solo ipsius et arboribus eiusdem presentibus et futu-
ris que est ante dictum campum et ante dictum [illegible] Bernardi Jouy. et affrontat. a bor. in carraria. a midie in rippa Bernardi Jouy. a bor. in rippa [illegible]. a circio in rippa dicti Ber-
nardi Jouy. Prout supradictum caput et dictam rippam cum introitibus et exitibus et ceteris pertinentiis suis et cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et deinceps faciendis vendo
vobis dicte priorisse et conventui dicti Monasterii et successoribus vestris in dicto Monasterio imperpetuum precio sexaginta et duarum librarum mal. quas a vobis confiteor recepisse. renunciando ex-
ceptioni pecunie non numerate et non recepte et doli. et si quid subest deceptio ultra dimidiam justi precii. et si amplius nunc valet hec vendicio aut valuerit dictum precium
memoratum totum illud plus valens vobis et vestris successoribus in dicto Monasterio imperpetuum dono et remitto. Ante dictum caput et dictam rippam constituo me nunc vestri dicte pr-
iorisse et conventus dicti Monasterii possidere seu quasi donec inde apprehenderitis corporalem possessionem seu quasi. quam vobis liceat apprehendere vestra propria auctoritate quandocumque volueritis sine fa-
cta requisitione et contradictione mei et meorum hec ac alicuius persone et perpetuo vos et vestros successores in dicto Monasterio perpetuo retinere. Cedendo et dando vobis dicte priorisse
et conventui dicti Monasterii et successoribus vestris in dicto Monasterio imperpetuum omnia jura loca et actiones mea realia et personalia utiles mixtas atque directas mihi in dicto campo
et rippa competentes et competituras quacumque ratione. Constituens vos et vestros successores in dicto Monasterio inde dominos et procuratores ut in rem dicti Monasterii ad faciendum
inde omnes vestras voluntates. Promitto vobis et vestris successoribus in dicto Monasterio predicta semper facere habere et tenere contra omnes personas pro libero et franco
alodio et inde vobis et vestris successoribus in dicto Monasterio [illegible] evictione et omni dampno et interesse teneri penitus. obligando pro predictis attendendis vobis et vestris suc-
cessoribus in dicto Monasterio et notario infrascripto nomine quo supra stipulanti me et omnia bona mea [illegible] promitto vobis et notario infrascripto a me omnia supradicta et singula nomine quo su-
pra stipulanti et recipienti eiusdem vobis et vestris successoribus in dicto Monasterio attendere et complere et rata et firma semper habere et non contra venire aliquo jure vel ratione. Et
nos Galda uxor dicti venditoris et Bertrana mater ipsius venditoris Grane et cum consilio suo laudamus firmamus et approbamus predicta omnia. et promittimus vobis dicte priorisse
et conventui dicti Monasterii et notario infrascripto nomine quo supra stipulanti et recipienti et juramus per deum et eius sancta quatuor evangelia nostris manibus tacta omnia supradicta semper rata
et firma habere et non contra venire aliquo jure vel ratione [illegible] cuius juramenti renunciamus [illegible] ad hec juri ypothecarum nostrarum et omni alii juri obviant-
i. Actum est hoc. [illegible] kalendas octobris. anno domini M°. CCC°. vicesimo. Testes. Signum + Bernardi de canellis auctoris qui hec firmo. Signum + [illegible] Galde [illegible] uxoris et Bertrane
matris dicti Bernardi de canellis predictorum qui hec firmamus et juramus.

Testes huius rei sunt Castilio crebaci et Bernardus Joguariis de Castilione [illegible] Petrus mercerii de palacio de Viridaria.

Ego Bernardus de Jougiis notarius publicus Castilionis hec scripsi et clausi et meo signo signavi.

~~Ato~~ ort 4 de las Rs.
1323.

Leg. 1.º n.º 8.

[illegible] en [illegible] de canelles [illegible]
[illegible] de sta margarida [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

T. 340 × 220

T.

[illegible] por Bernar Canell [illegible]
a la priora de sta Margarida de Rosas
una pesa de [illegible]

[illegible]

590